Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26485
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Filii dei perfecta nativitas nec cepit esse
nec desinit. nec preterita si desinit. sed nec
imperfecta si adhuc fit. sed fit eterna. fit
et perfecta. quatenus ea nativitate aeternitas et perfectio habeatur. Ex utero virgini
minor dicitur patre xpe. dicit iuxta
humanitate humana adsumptione.
non iuxta divinitate. Xpe ex forma servi
servus. et in forma servi non servus. In forma quippe servi dns servus. In forma
servi. hominum dns. Xpe in forma servi. propter receptionis excellentia dns est hominum. qe et suscepit carnem. non tamen ex
carnis libidinosa etate gione. Mediator
dei atq hominum homo xpe inter nequaquam alter in humanitate. alt in divitate est. sed in utraq natura idem unus est. nec
purus homo cepit est. nec posita merito
ut dns esset accep. Sed dns verbum manens.
in immutabili essentia manens quae illi
cum patre et spu seo est coeterna. adsumpsit carne psalute humana. in qua et
impassibilis pati. et immortalis mori. et
aeterni ante secla temporalis possit ostendi;